



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 10. Ciceronis loci duo ex Æschine, vt videtur, imitati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Ciceronis loci duo ex Æschinē, vt videtur, imitati.

## CAPVT X.

CICERO, cū in tertia oratione in Catilinam commemoraret ea signa, eaque prodigia, quibus dii immortales imminens periculum praemonstrauerant, populumque R. vt sibi caueret, praemonuerant, affirmavit, eos ita praesentes opem tulisse, ut panē oculis videri possent. & paulo post, tam multa signa se consule diuinitus exitisse dicit; vt haec, & quae nunc fiunt, canere dii immortales videntur. Credi autem potest imitatus esse hac in parte locum cum illum Æschinis ex oratione aduersus Cresiphontem; vbi ait, deos ita praedixisse ac praesignificasse populo Atheniensi mala, quae ei Rhetorum quorundam culpa imminerent, vt propē humana voce assumpti clamarent, cauendum esse. Verba Graeci orationis haec sunt: ἀλλ' ἔφούλερον, ἔφρασεσήμενον ἡμῖν οἱ θεοὶ τὰ λάζαρχ, μονονὴν ἀνθρώπων φωνὰς φρασησάμενοι. nam quod, videre oculis, ibi Cicero dixit, eodem loquendi genere Æschines vsus erat paulo supra; etsi non eodem de re loquens: ὁρᾶτε τοῖς ὀφθαλμοῖς ἢ ἐξ ἀέρος ἐπάεστον λιμένα τετείχισμένον. eam autem orationem conuerterat, vt quidem creditur, Cicero. quod facilius ipsi, quae ex ea imitaretur, in mentem venire poterunt. nam pulcherrimum illum locum ē secundum agraria, *Ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto*: & illud item ex vndecima Philippica, *Ponite igitur ante oculos P. C. miseram quidem illam & flebilem speciem, sed incitandos animos vestros necessariam, nocturnum impetum in urbem Asia clarissimam*, & quae sequuntur: eorum igitur locorum vtrumque quin ex eadem Æschinis oratione expresserit, non sanē admodum dubio.

Locis



Locus autem Aeschinis, vnde illos imitatos esse credo, hic est: Τίναδε δή μοι μικρόν χερόν, ἢ διανοίαν, μὴ ἐν τῷ λόγῳ, ἀλλ' ἐν τῷ δέσφῳ, καὶ νομίζετε ὄραν προσόντα τὸν λόγον, &c. & paulo post: Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς σώμασιν ἔπαρθετε, ἢ γὰρ διανοίας ἀποβλέψατ' αὐτῶν εἰς τὰς συμφοράς, καὶ νομίζετε ὄραν ἀλισκομένῳ ἢ πόλιν, τειχῶν καταστροφάς, ἀφροσύνης οὐκίαν, ἀγρομένης γυναικός, καὶ παῖδας εἰς δαλείαν, ἀφροσύνης ἀνδρώπιδος, πρεσβυπιδος γυναικός, ὃ δὲ μεταμανθάνοντας ἢ ἐλαδδεύαν, κλαίοντας, ἰκετεύοντας ὑμᾶς, ὀρμίζομεναι, ἢ τοῖς πτωχόμενοις, ἀλλὰ τοῖς τέτοιαις αἰτίοις. quo quidem subiectionis exemplo vix vllum posse reperiri pulchrius puto.

*Declamazione in Sallustium loci duo, quorum alter ex Aeschine, alter è Demosthene expressus videtur.*  
CAPVT XI.

Ex eadem Aeschinis oratione sumptum est id quod positum est ad finem illius declamationis, qua Cicero, tamquam à Sallustio prouocatus, respondere ei fingitur. ita enim ibi scriptum est: *Finem dicenti p. c. faciam. saepe enim grauius vidi offendere animos aulorum, eos qui aliena flagitia apertè dixerunt, quàm eos qui commiserunt.* apud Aeschinem enim ita legimus, *ὅτι γὰρ ποτε εἶδον μισθόντας τὴν τὰ ἔργα πησιόν αιχρά λιαν πῶς λέγοντας. quod autem statim subiungitur: Mibi eadem ratio habenda est, non quid Sallustius merito debeat iudicare, sed vt ea dicam, si qua ego honestè effari possim: videtur imitatum ex illo Demosthenis: ὁκνῶ, μὴ πῶς ἂν τὰ προσόντα λέγων, αὐτὸς ἔπροσηκοντας ἐμαυτῷ δόξω προσήκον λόγους. aut ex hoc, quod in eadem oratione legitur: πολλὰ γὰρ ἔτερον εἰπεῖν ἔχων πῶς αὐτὸ παραλείψω. ἢ γὰρ εἰ ὁ δὲ εἰς αὐμ προσόντ' αιχρά τέτω καὶ ὀνειδίη, πάντ' οἶμαι εἰπεῖν ἔχων. ἀλλ' ὅσα μὲν αἰχρόν ἐστιν εἰπεῖν ἐμοί.*  
Inficetum

at. Mureti  
ia Lektionen  
LII  
28